Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 8. De præcipuis locis Italiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

EX CARINTHIA

Primvs per Villachum *Vilach*, ſecundùm Natiſonem Fl. *Liſonzo*.

Secvndvs omnium ampliſſimus & capaciſſimus per ſyluam S. Gertrudis, munitus duabus munitionibus Gradiſciâ & Goritiâ, inter quas tamen 10. aut 12. millia paſſuum intercurrunt: per hunc irrupere Gothi olim, & ſub Baiazetho Turcæ; quare Veneti hoc ſpatium munire vallo & foſſâ conati erant, ac demum cautiùs huic parti Palmam vrbem Europæ, vt putant, munitiſſimam obiecerunt.

§. 7. *De Monte Apennino.*

Alpes ſupra Nicæam Maſſilienſium montem emittunt, qui vniuerſam Italiam in duas partes ſecat, rectà excurrens Anconam vſque, ſed ex ſe varia emittens iuga ſub variis nominibus, & aliquando ſub nomine Apennini, & tandem in vtrumque mare deſinit ad Promontoria *S. Mariæ di Leuca*, & *Punta Saëtta*. Eius pars editiſſima dicitur à Nautis *Punta di Talo*: vias aliquas aperit, quarum celeberrima olim per Veſpaſianum aperta vt Flaminiam viam interruptam continuaret, de qua egimus in antiquâ Geogr. Eum quoque ſecat Aufidus fluuius *l'Offanto*, vt in Apuliâ diximus, & poſtea iterum expendemus.

§. 8. *De præcipuis locis Italiæ.*

Nvm. I. *Ciuitates nobiles, & earum Epitheta.*

Roma *la Santa*: Rome *la Sainćte*, ſic dicta, *quoniam Eccleſiæ Catholicæ prima ſedes, quæ ſancta & multorum Martyrum ſanguine tincta fuit aliquando.*

Neapolis: *Napoli la Gentillé*; Naples la Noble. *Scilicet in eâ ferè commoratur totius regni nobilitas.*

Florentia: *Fiorenza la Bella*; Florence la Belle. *Eâ enim vrbe nulla cultior, nulla venuſtior.*

Genva: *Genoa la Soperba*; Gennes la Superbe, *vel* la Magnifique. *ob ſuperbiſſima Palatia, & ædes marmoreas.*

Mediolanvm: *Milano la Grandé*; Milan la Grande. *Dicitur enim*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

octo millia paſſuum ambire muris ſuis, & ducenta ac triginta hominum millia capere.

RAVENNA: *Rauenna l'Antica;* Rauenne l'Ancienne. *Quo nomine vocatur à Claudiano; & verò à Theſſalis condita ante Troiæ* ἄλωσιν.

VENETIÆ: *Venigia la Ricca;* Veniſe la Riche. *Vel ob Ærarium Sancti Marci, vel quia hîc ditiſsimi Mercatores, & Orientis diuitiis ciuitas hæc locupletata eſt.*

PATAVIVM: *Padua la Dotta;* Padoüe la Docte. *Ob nobilem Academiam, & eruditorum ciuium multitudinem.*

BONONIA: *Bologna la Graſſa;* Boulogne la Graſſe. *Eſt enim in loco feraciſsimo totius Italiæ collocata.*

NVM. 2. *Italiæ oppida multis ciuitatibus anteferenda.*

CREMA in Longobardia: *Creme en Lombardie;* ditionis Venetæ.

PRATVM in Tuſcia: *Prato en Toſcane;* Magni Ducis.

FABRIANVM in Marchia Anconitana: *Fabriano dans la Marche d'Ancone;* Summi Pontificis.

BARVLVM in Apuliâ: *Barlette en la terre de Bari;* in regno Neapolitano.

NVM. 3. *Academiæ Italicæ.*

IN STATV VENETO	Patauium: *Padua;* Padoüe, ou Pade. Venetiæ: *Venigia*, Veniſe.
IN PEDEMONTIO	Auguſta Taurinorum: *Turino;* Turin.
IN DVCATV MEDIOLANENSI	Ticinum, ſeu Papia: *Pauia;* Pauie.
IN ETRVRIA	Sena: *Sienna;* Sienne en Toſcane. Piſæ: *Piſa;* Piſe.
IN STATV PONTIFICIO	Bononia: *Bologna;* Boulogne. Roma: *Rome.* Ferraria: *Ferrara;* Ferrare. Firmum: *Fermo* en la Marche d'Ancone. Macerata: *Macerate* en la meſme Marche.
IN REGNO NEAPOLITANO	Salernum: *Salerno;* Salerne. NEAPOLIS: *Napoli;* Naples.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN